

flagris compellam ad officium, Quod Hieronymus confirmat, illa Ezechielis verba interpretatus: *Non parceret oculis meis, neque miserebor. Non parceret ut parcat; non miserebor, ut magis misereatur. Percussit autem Dominus quem diligit, & castigat omnem filium, quem recipit.* Hinc nos rectissime philosophamus: *Quem Deus non verberat, hanc non amat.* Quod & Gregorius confirmans: *Peccantes quosque, ait, tunc consideramus amplius miseros, quando conspiciamus eos in culpa sine flagello derelictos.* Maximam supplicium (in hoc orbe) est delinquentem à Deo non corripi. Quod Bernardus discretissime affirmas: *Tunc, inquit, magis irascitur Deus, cum non irascitur.* Vltimus nimis malignum est, quod omnem abhorret tactum. Non puniri, maxima est puniatio. Tam luculentæ voritatis Deus ipse testis: *Dimisi eos, inquit, secundum desideria cordis eorum; ibunt in adiuventionibus suis.* Idem per Ezechielem pronuntiavit: *Zelus meus recedet à te, & non irascar tibi amplius.* Corripientis patris verbera, sunt dilectionis indicia.

Greg. hom. 12. in Ezechiel.

Bern. serm. 42. in Cant.

Psal. 80. 15.

Ezech. 16. 42.

2. Machab. 6. 12. 13.

Poenæ aditum supremum iudicium non dilata est si gnium misericordia.

Psal. 98. 8.

Tob. 3. 21. Qui in probatione fuerunt geminato honore receperit que perierunt. Tob 42. 10. Tobus.

Scripturæ historiam huius æui, quo hæc scribo, commode apponer illud è Machabææ gentis historia: *Obsecro autem eos, qui hæc lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos castos, sed repentem ea, qua acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri.* Etenim multo tempore non sine peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. Pars maxima est misericordiæ, poenas debitas ad supremum iudicium non differre. In hac vita percutiens Dei manus materna est & medica. Hic plana & porrecta manu ferit Deus, ut matres solent infantulos; at verò illic in orbe altero duobus pugnis cædit, corpus & animum in gehennam perdit. Quos odit, manibus ferreis contendit, æternum occidit. Hic autem, quos amat, castigat. Nos homunciones infantuli miscelli, ac stolidi vellemus suavitè amari, blandis & parentibus manibus tractari puluilla collocari, rosas coronari. Hæc nostra est stultà infantia, ad eò nondum reliquimus nubes, ut ea solùm, quæ temporis sunt, pueriliter attendamus; iis non magni æstimatis, quæ promittit æternitas. Rex David longè maturiori sensu hæc leuia contemners, minimos etiam nauos à Deo puniri singulare gratiam interpretatus: *Deus, inquit, in propriis iussit eis, & disciscens in omnes adiuventiones eorum.* De Mose, Aaron, Samuele sermo est, qui quidem primæ admissiois amici erant, à leuioribus tamen etiam labaculis impunitate non haberunt. In sanctissimis etiam viris pane semper est, quod corrigi, quod emendari possit. Adiones humanas veluti pictorum tabulas nos pagani, imperitissimi spectatores, parum limatis & iadocis oculis aspiciamus, hinc iudicia temerariè & puerili. At verò Deus sicut artifex, & picturam peritissimus æstimator vel minutissimos errores oculis æquissimis deprehendit & puniit; omne virtutis officium vel tenuissimum sine præmio non diiuitit.

§. II.

**H**inc illa fidei certitudo, quam Deus Tobie ac Sara patefecit: *Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur.* Luculentissimè id spectare est in Iobo, qui quidquid facultatum & opum perdidit, geminato feruore recepit. *Addidi Dominus omnia quæcumque fuerant Iob dupliciter, pro septingentis ouibus, mille quadringentas, mille asinas, & mille iuga boum pro quingentis; pro tribus, sex millia camelorum recepit.* Prius tamen in probatione grandi fuerat, quam ita coronaretur. Omnes illi amici, cognati, famule, famuli deseruerant, inò & oppugnabant: post ærumnas septem annis toleratas, ad fmetum denique publicum velut cadaver viuum elatus, rerum omnium extreme inopis. Hoc septennali decurso stadio Deus illum velut faucibus mortis extrahens in solum reduxit. Adfuerunt postliminio amici, cognati, familia

multa nimis. Amicorum singuli ouem vnã & inaurerem autem donarunt. Opibus denuo post longam & asperam probationem coronatus est amplissimis. Ioseph Ægypti protex à suis fratribus iniquè venditur, à sua domina falsò accusatus, à suo domino in carcerem coniectus, tandem emittit post rigidam probationem à Deo coronatus. Daniel in leonum foueam bis Daniel. præcipitatus in probatione fuit, sed à Dario rege honoribus summis coronatus est. Castissima Susanna iam Susanna. ducebatur, destinata morti victima, iam tibi minabantur lapides vt adulteræ. Auferat fuit hæc probatio. Sed adfuit Deus; innocens & pudica mulier ingentibus elogiis coronata in celebritate maxima, atque in oculis omnium vixit; nec vllis post sæculis partam pudicitia gloriã amittet. Pro certo habuit Susanna mortem innocenter obitam à Deo amplissimè coronandam.

Ista tamen probatio, non negamus, vehementer ex-cruciat, sed modicum durat, & æternum coronat. Hæc probatio est lixiuum mordax & asperum, sed egregiè purgat & sanat. Ad hanc fidei certitudinem diuinus Petrus nos erigens: *In quo exultabitis, inquit, modicum nunc si oportet contristari in variis temptationibus, ut probatio vestra fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Iesu Christi.* In ipso luctu, interq; lacrymas gaudere nos iubet & exultare. Et eius rei assignat causas. 1. Probationes & tentationes, ærumnæ atque afflictiones omnes, modicum sunt exiguissimum, ad infinitum, immortale, immensum cæli præmium. 2. Quod patimur non modicum solum, sed & breue ac momentum est. Beatus Eucherius ad Valerianum cognatum: *Nihil est, inquit, magnum re, quod paruum est tempore.* 3. Si Terri. oportet contristari: quid enim luctamur cum necessitate? si oportet, toleremus, quòd immittitur tolerandum: hæc Dei voluntas est. 4. Vices rerum humanarum considerandæ; quæ quæquã identidem miscet luctibus, luctusque gaudiis: neque enim assiduis mœroribus aut doloribus obtundimur, quemadmodum damnati ad inferos. Nos subinde respiramus, & paulam inter iungimus, & vires reparamus: perpetua & non ingrata rerum omnium vicissitudo est. 5. Probè norint quicunque miseriarum compotes sunt, afflictiones esse probationes, experimenta, tentationes, exercitationes, easque varias: Hunc morbus, illum paupertas, istum odia & inuidentia, hunc contemptus & infamia, alios curæ, angores, & occulta pectoris vulnera exercent. Quidquid ærumnarum & exercitationum sit, hoc pro certo habet, omnis qui te colit, quòd vita eius si in probatione fuerit coronabitur. In probatione fuerunt omnes amici Dei, iam omnes coronantur.

Ioseph

Susanna

Quinque

causæ cur

in luctu 5.

Petrus nos

gaudere iu-

beat. Prima.

Secunda.

Quarta.

Quinta.

Quorundam

in ærumnis

annis tiro-

cinii-

Iobi.

§. III.

**L**ongissimus fuit Iobo tirocinii annus, septennium ipsum. quo toto, velut ad inferos deiectus, morbos & ærumnas incredibiles perpeffus, non singulis solum diebus, sed singulis pæne horis mortuus. Noëmus qui-Noëmi. dem mitius, sed diuturnius, annos centum & vnum variis & grauius molestiis fatigatus est. Calumnias & Iosephi, carcerem Ioseph triennio sustinuit. David pæne omni David's. vita in miseris fuit. Daniel tirocinium sum inter leo-Danielis. nes posuit. Hebræi tres iuuenes in ipsis etiam flammis speciem huius virtutis dederunt. Machabææ heroidis Trium He. filii in sartagine & exquisitissimis tormentis constan-brazoni iu. tiam suam insignissimè demonstrarunt. Arthanafus non-athanafi. ab Artianis tantum, sed ab orbe toto exagitur locum, ex loco mutauit exul & profugus. Sed hoc modicum fuit, probatio fuit. Ad hoc animi robur Sebastianus martyri Marcum & Marcellianum fratres cohortatus Marti & est, ne tentati à fide descernerent. Tormenta vel leuia sunt, Marcellia-vel acria & graua. Si leuia, tolerabilia sunt; si graua, non